

Alte Drucke

Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

3800. Templum à Iuda Maccabæo recuperatum & Encoenia instituta.
 3824. Arx Sion recepta, 1. Macc. 14.
 3902. Pompeius Ierosolymam captam Romanis primus subiecit, anno 60. ante Christum natum.
 3925. Herodes Rex Iudææ designatus, anno 4. post Ierosolyma expugnat.
 3962. CHRISTO in Bethlehem nato, rex Herodes & tota Ierosolyma cum eo commota est, Matt. 2.
 Anno Christi 33. Christus, die palmarum, aspiciens urbem Ierosolymam, desit eius excidium, Lucæ decimo nono & vigesimo primo, Matthæi vigesimo quarto. & paucis diebus post, ante portam veterem, seu Iudiciariam, in monte Golgatha, crucifigitur.
 72. Vrbs Ierosolyma per Titum & Romanos euerfa.
 136. Aelius Adrianus Imperator urbem Ierosolymam rursus instauratam dilatauit, ita, vt loca passionis & resurrectionis Christi, quæ prius extra urbem fuerunt, intra murum occidentalem includerentur, urbem à se AELIAM nominauit.
 609. Deinceps sub Romanis Imperatoribus mansit Ierosolyma, vsque ad annum quo Cosroës Persarum rex Syriam & Ierosolymam vastauit.
 622. Heraclius Imp. eam, cum S. cruce, à Persis recepit, & festum exaltatæ crucis die 14. Septemb. instituit.
 632. Saraceni Ierosolymam occuparunt.
 1099. Christiani duce Godfrido Bulionæo Ierosolymam die 15. Iulij expugnatam recuperarunt.
 1157. Salatinus rursus eam Christianis eripuit.
 1229. Frid. II. Imp. per transactionem à Sultano eam cum alijs oppidis recepit.
 1248. Christiani rursus eam amiserunt.
 1516. Selymus Turcarum Imp. Saracenis ereptam occupauit.

Gabaad, גבעא Gibeath, oppidum aliud à Gibeæ & Gibeon, versus fontem Rogel, ad orientalem Ierosolymæ plagam situm existimatur. *Cariath*, קריית Kiriath, ciuitas, fortasse est Cariathiearim, cuius in limitem descriptione mentio facta est.

Celebrantur & alia tribus Benjamin loca in historijs sacris, vt *ATHOT*, patria Ieremiæ prophetæ, ciuitas sacerdotum, Iosue vigesimo primo. Ierem. 1. 32. Tertio Regum secundo, cuius longit. 66. 1. latitud. 31. 56. *Bahurim*, castellum, 2. Regum 3. 16. 17. *Ephraim*, in deserto, cuius in historia Christi, Iohannis vndecimo, & Absolonis 2. Regum 13. mentio fit. *Galgai*, castra Iosue supra fol. 41. *Boeset & Senna*, petra, in faucibus montium opposita, inter Machmas & Gabaa, in historia Iona-thæ, 1. Reg. 14. *Lapis Zoelith*, 3. Reg. 1. propè fontem Rogel, &c.

Caput XIX.

CHORD.

CHOROGRAPHIA SEX RELI-

QUARVM TRIBVVM, SIMEON,

Zebulon, Issaschar, Aser, Neptali
& Dan.

SIMEON, secundus filius Patriarchæ Iacob, ex Lea, Genes. 29. sæuus & truculentus homicida fuit, qui ciues Sichem contra datam fidem trucidauit, Genes. 34. & præcipuus interficiendi fratris Iosephi autor fuit, ideoque à Ioseph postea in Aegypto victus retinetur, Genes. 42. 43. maledicitur à Iacob, Genes. 49. vbi Lyra prouerbum de dispersione tribus Simeon recitat: Non est pauper scriba, nec pædagogus nisi in Simeon, hoc est, nati in tribu Simeon discurrebant per sortes aliarum, ad quærendum victum scribendo, vel pueros docendo, sicut clerici pauperes faciunt apud Christianos. Filij Simeonis & familiæ ab ipso ortæ recensentur, Genes. 46. Exod. 6. Numer. 26. 1. Paralip. 4. Narrat etiam Hieronymus Iudam Iscarioten ex hac tribu ortum esse, fortasse quia Iohan. 13. Iudas Simeonis nominatur. Fit alioquin tribus Simeon mentio, Numer. 1. 2. 7. 10. 13. 34. Apocalip. 7. Ezech. 48. Iudic. 1. 1. Paralip. 4. vbi etiam Nomina oppidorum, quæ possederunt, eodem ferè ordine, quo in hoc capite Iosue XIX. recensentur. *Bersabee*, de quo Ios. 15. Gen. 20. 21. 28. 46. 3. Reg. 19. Amos 5. 1. Paral. 4. *Sabee*, שבץ Seba, septem. *Molada*, 1. Paral. 4. natiuitas. *Haserfual*, Ios. 15. Esdr. 11. חצר חזר Hazar fual, castellum vulpis. *Bala*, Ios. 15. בלר antiqua. *Asem*, Ios. 15. אצם Azem, fortis vel ossa. *Eltholad*, inter Lachis & Ascalonem, Ios. 15. אלחולר Eltholad, Deus parens. *Bethulharma*, duo nomina oppidorum confusa sunt, quæ 1. Paralip. 4. distinguuntur. בתיול Bethul, virgo. הרמה Horma, anathema. *Siceleg*, Ios. 15. 1. Paral. 4. 2. Esdr. 11. in extremis finibus Iudææ, ad torrentem Bozor, quod direptum ab Amalechitis, liberat Dauid, 1. Reg. 27. 30. צקלג Ziklag, cortex, inuolucrum. *Bethmarchaboth*, ביתמרבח ביתמרבח domus equitatus. *Aser sua*, חצר אסר Hazar sua, atrium seu castellum tineæ, 1. Paral. 4. *Bethlebaoth*, ביתלכא ביתלכא domus Leænæ. *Sarohen*, סרוח SaruHen, cantor gratiæ. *Ahim*, oppidum Sacerdotale, propè Gerara, versus meridiem, Ios. 21. עין Ain, oculus. *Remmon*, inter Ain & Gerara, Zach. 14. Iudic. 20. 21. 2. Esdr. 11. Est etiam oppidum hoc nomine in tribu Zabulon. רמון Rimmon, malum granatum vel altitudo. *Athar*, inter Ziph & Arath. עתר Ether, deprecatio. *Afan*, Ios. 15. 1. Reg. 30. עפן fumus. *Balaath*, in finibus tribus Ephraim, propè Ioppen. *Berramath*, puteus excelsorum.

OPPIDA tribus ZEBVLON. *Sarith*, in extremis finibus tribuum Zebulon & Issaschar, in littore maris, prope Carmelum promontorium. סריד Sarid, reliquiæ. *Medalaa*, supra Sarid, in littore maris. מירעל Maralah, amara ascensio. *Debbaseth*, oppidum in littore maris, inter Ptolemaida & Carmelum promontorium, Ios. 15. דבשיר gibbus camelorum. *Ieconna*, vrbs Leuitarum, Ios. 21. in littore maris propè Ptolemaidem sita, in finibus tribuum Zebulon & Aser. יקנעם Iakneam, auscul-

tatio iucunda. *Chefeleth Thabor*, in finibus tribuum Zebulon & Ifaschar, propè montem Thabor, in quo Christus cum Mose & Elia collocutus esse existimatur, Matth. 17. כְּסֵלֶת תְּבוֹר Thabor, fortasse, Orionis Thabor. Nam כְּסֵלֶת Amos 5. & Iobi 9. Orionem reddiderunt. אֶל לִמְנוֹת a luminis aduentu nomen habet. *Dabereth*, vrbs Leuitarum, in finibus tribuum Zebulon & Ifaschar, Ios. 21. 1. Paral. 6. דְּבָרֵי verba, oracula. *Iasie*, Ebraicè Iaphie, יָפֵי splendor. *GETHEFER*, vicinum Nazareth versus meridiem, patria Ionæ prophetae, 4. Reg. 14. גִּתָּה הֶפְתֵּר Gitta Hopher, torcular fossæ. *Tacasim*, עֵתְהָקֶצֶן itha kazin, tempus finis. *Remmon*, non procul à Iordane infra paludes Samachonitas, רִמּוֹן Rimmon, malum granatum, vel altitudo. *Amphar*, Ebraicè מֵתוֹר Merthoar, forma. *Nea*, propè Nazareth versus orientem, long. 67. 2. latitu. 32. 42. נֶעַח Neah, vaga. in *Nathan*, Ebraicè חֲנַתָּן Hanathon, in finibus Neptalim, longi 67. latitu. 32. 47. *Iephtahel*, in finibus tribuum Zebulon & Aser, propè Ptolemaida, Ios. 15. יִפְתָּהֵל IphtaHel, porta Dei. *Cateth*, קֶתֶת Katath, mœstus. *Naalol*, ciuitas Leuitarum, Ios. 21. Iudic. 1. נָהֵלֶל Nahelal, à Hillel laudauit. *Semerom*, supra fol. 59. Ios. 11. שִׁמְרֹן custos. *Iedala*, יִדְּעָלָה violauit iuramentum. *Bethlehem*, בֵּית לֶחֶם BethlaHem, domus panis. Alia est Bethlehem in tribu Iuda, Genes. 35. Mich. 5. Iudic. 12. 17. 19. Ruth. 1. 2. 4. in qua Christus Panis vitæ æternæ natus est, Luc. 2. Iohan. 7. Ideo Matth. 2. diserte additur in dicto Michæ, Et tu Bethlehem Iuda, non minima es in Ducibus Iuda. Fuerunt etiam in tribu Zebulon sita oppida: *NAZARETH*, patria Ioseph & Mariæ matris Christi, Luc. 1. 2. 4. Matth. 4. cuius long. 66. 56. latitud. 32. 42. *CANA* Galilææ, vbi nuptias sua præsentia & munere Christus cohonestauit, Iohan. 2. & aulici filium febri liberat, Iohan. 4. Patria Nathanaëlis, Iohannis vigesimo primo. Est & celebris mons *CARMELVS* in meridionali parte tribus Zebulon, in quo Elias Propheta sacerdotes Baalis, impietatis conuictos, trucidauit, 3. Reg. 18.

CHOROGRAPHIA tribus *ISASCHAR*, filij patriarchæ Iacob ex vxore Lea, quæ cum peperisset filium quintum dixit: Mercedem dedit mihi Deus, appellauitque nomen eius יִשָּׁשְׁכָר Isaschar, id est, merces, Genes. trigesimo, & quadragesimo sexto. Tribus Isaschar, Num. 1. 2. 7. 10. 13. 26. 34. Deuteronom. 33. Genes. 49. 1. Paralyp. 7. Ios. 19. 21. Iudic. 10. Ezech. 48. Apoc. 7. & alibi celebratur. ex qua, Thola Index Israël, Iudic. 10. & Oseas propheta, ortus esse putatur. Regio Isaschar ab occasu mari mediterraneo, à meridie tribu Manasse, ab ortu mari Galilææ, à borea tribu Zebulon finiebatur. cuius oppida fuerunt. *IEZRAEL*, in extremis finibus tribus Isaschar, versus meridiem & occasum, sita ad ripam fluminis Cison, ad grad. long. 66. 30. latitud. 32. 34. 2. Regum 2. 2. Reg. 4. 18. 4. Regum 8. 9. in qua Achab rex Israël aulae sedem habuit, tertio Regum decimo octauo, & vigesimo primo. à Iosepho Azari: hodie Carethi appellatur. יִזְרְעֵל Izraël, Semen Dei. *Casaloth*, in ripa fluminis Cison, è regione Iezraël. כְּסֵלֹת Cesuloth, stultitia, vel Orionia. *SUNEM*, inter Iezraël & Naim, in qua Heliseus hospitiæ suæ filium mortuum in vitam reuocat, quarto Regum quarto, vbi Philistini contra Saulcem castrametantur, primo Regum vigesimo octauo, 3. Regum 1. שֻׁנֵּם Sunem, à שָׁנָה anni. *Ephraim* vel *Apharim*, inter Sunem & montem Thabor, longitud. 66. 36. latitud. 32. 31. Ebraicè scribitur, הַפְּרַיִם Hapharim vel Chapha.

Chapharaim, fossiores. *Senon*, non procul à mari Tiberiadis. שִׁינֹן Sion, tranquilla. *Naaroth* vel *Anaharath*, supra Sion in regione Dalmanuta. נֶאֱרוֹת fremitus. *Rabbath*, supra Iezraël, versus septentrionem. רַב־בֵּית Rabbith, magistralis. *Cefion*, ciuitas Leuitarum, sita ad flumen Cifon, propè Iezraël, Ios. 21. קִישִׁיֹן Kifion, duritia. *Haemes*, supra Cefion, long. 66. 31. lat. 31. 40. אֶבֶז Abez, Lutetia. *Rameth*, itidem ad torrentem Cifon, versus Carmelum, ciuitas Leuitarum, 1. Paral. 6. עֲמֹתִי excelsa. *Engannim*, vrbs Leuitarum, non procul ab ostio fluuij Cifon, Ios. 2. 1. Par. 6. עֵין גַּנִּים fons hortorum. *Hennadda*, עֵין חֵדָּדִי EnHaddah, fons latitiae. *Bethphases*, propè montem Carmel. בֵּית פָּזֵז Bethphazez, domus contritionis. *Thabor*, mons & oppidum, cuius long. 66. 44. lat. 32. 36. יוֹדֵיבֵּן Thabor, veniens lumen. *Seseima* vel *Schesima*, propè Chesloth Thabor. שֶׁסִּימָא SaHazuma, superbum ieiunium. *Bethsemes*, non procul à Capernaum. בֵּית שֶׁמֶשׁ Heliopolis, vrbs Solis. Celebratur in Euangelica historia oppidum *NAIM* etiam, quod in tribu Isaschar fuit, in quo Christus filium viduae mortuum in vitam reuocauit, Luc. 7. Id oppidum propè Sunem ad radices montis Hermonis minoris ad grad. long. 66. 35. latitu. 32. 33. situm fuit.

A S E R filius patriarchæ Iacob ex Zelpha, Gen. 30. 46. 49. Stirps tribus Aser, quæ Num. 1. 2. 7. 10. 13. 26. 34. Deut. 33. Iudic. 1. 5. 6. 1. Paral. 7. Ezech. 48. Apoc. 7. & alibi nominatur: Quæ extremam oram Palæstinæ maritimam versus septentrionem, à Ptolemaide vsq; ad Sidonem, sorte obtinuit, Ios. 19. in qua Nahum propheta in oppido Helchat, & Hanna prophetissa, Luc. 2. & mulier Cananæa, cuius filiam Christus à Dæmonio liberauit, Matth. 15. nati sunt. אֲשֵׁר beatus, Gen. 30.

O P P I D A. *Alchath* vel *Helcath*, propè Tyrum, patria Nahumi propheta, qui Helcesæus inde cognominatur, Nahum 1. הֶלְקָתִי Helkath, vel *Chelkath*, ager seu hæreditas diuisa. *Chali*, Iudic. 1. חָלִי Hali, ager meus. *Baten*, בֶּטֶן venter. *Axaph*, cuius regem Iosua deuicit, Ios. 11. אֲחַפָּח Achfaph, incantatio. *Elmelech*, maritimum, cuius long. 67. lat. 33. אֶלְמֶלֶךְ Alamelech, tacuit Rex. *Amaad*, עַמְּאָד populus ornatus. *Messal* seu *Misal* ciuitas Leuitarum, Ios. 21. 1. Paral. 6. מִסָּאֵל Misaël, petitio. **C A R M E L U S** mons magnus, infra Ptolemaidem in tribu Zebulon & Isaschar, quem alluit torrens Cifon, vbi Helias sacerdotes Baal trucidauit, 3. Reg. 18. & postea Helisæus aliquandiu habitauit, 4. Reg. 2. 4. Ab eo sublime promontorium in mare excurrit, de quo Ierem. 46. dicitur, Sicut Carmelus in mari veniet. Sed ex hoc loco apparet montem Carmelum, brachia sua vsq; ad urbem Ptolemaida & tribum Aser porrexisse. כַּרְמֶל Carmel significat spicam teneram, seu campum fertilem frugum, vini & fructuum. Ideo sæpissime Carmelus vsurpatur pro agro fœcundo, Esa. 29. 32. 37. Ierem. 24. Nahum. 1. & alibi. *Sihor & Labanath*, in littore maris supra Ptolemaidem, long. 66. 53. latit. 33. Ebraicè שִׁיחֹר לִבְנָה SiHor Libnah, nigra & candida. *Bethdagon*, propè Ptolemaidem, versus ortum. בֵּית דָּגוֹן domus piscis. *Jeptahel*, vallis in finibus tribuum Zebulon & Aser, propè Ptolemaida, vbi venæ metallicæ à Deo apertæ & monstratæ sunt. יַפְתָּחֵל Iphtahel, aperuit Deus, seu porta Dei. *Bethemec*, בֵּית עֵמֶק domus vallis seu profunda. *Nehiel*, נְעִיֵל Neiel, desertum Dei.

C A B V L, regio tribus Aser, in qua ferri & aris venæ metallicæ fuerunt,

runt, quarum Deut. 33. Moses mentionem facit. Huius regionis 20. oppida Salomon regi Tyrio donauit, qui cum ea perlustraret, & fructus non responsuros sumtibus ædificationum iudicaret, recte eam terram **נבול** Cabul, id est, arenosam & sterilem, ein griesigen vnd koblischen boden / nominari dixit, 3. Reg. 9. **Acran**, Ebraicè **אקראן** turbator. quod alij per **א** legunt, Ebron, transitus. **Rehob**, vrbs Leuitarum, & regio in finibus tribuum Aser & Naphtali, ad radices montis Libani, Ios. 21. Num. 13. Iudic. 1. 2. Reg. 10. **ReHob**, latitudo. **Amon**, **חמון** Hammon vel Chammon, long. 67. 13. lat. 33. 17. vrbs Leuitarum, 1. Paral. 6. latine significat æstum, seu Solem seu Idolum Hammonis. **CANA** maior, propè Sidonem & Tyrum, patria mulieris Cananæ, seu Syrophoenissæ, quæ à Christo petit & impetrat liberationem filia à Dæmonio, Matth. 15. Marc. 7. **קנא** Cana seu Kenah arundinetum. **SIDON**, vrbs Phœnicia, sita in littore in extremis finibus tribus Aser, versus septentrionem, sic dicta à Sidone filio Canaan, Gen. 10. Capta est & cremata ab Ocho rege Persarum, vt narrat Diodorus Siculus, libro 16. pag. 43. Ideo tempore Alexandri nihil fuit. Sed Tyrus colonia Sidonis, quæ metropolin splendore & opibus superauit, magnis laboribus ab Alexandro expugnata est. Fit mentio Sidonis, Matth. 11. 15. Marc. 3. 7. Luc. 6. 10. Actor. 12. 27. Esa. 23. Ezech. 28. Zach. 9. 1. Macc. 5. 15. Ebraicè **צידון** Zidon, venator. **Horma**, propè Tyrum. **חורמא** anathema seu excisio, deletio. **TYRUM**, metropolin Phœnicia, tempore monarchia Chaldaica & Persica florentissimam, & Venetijs similem fuisse ex Ezechielis 27. 28. apparet. Sed ab Alexandro magno postea deleta est, vt multo ante Esaïas cap. 23. prædixerat. Ebraicè **צור** Zor vel Zar. Inde Sarra, quod vetus nomen Tyri fuisse, & inde Sarranum ostrum appellatum esse, Gellius scribit. **רופא** caseus. **Ofa**, Ebraicè **הסא** Hofah, sperans. **Achziba**, Iudic. 1. scribitur Achazib. **אחזיבה** Achzibah, mendacium. **AMMA**, maritima. long. 67. 3. latit. 33. 6. **עממא** Vmmah, è regione. **Aphec**, infra Tyrum, Ios. 13. Iudic. 1. **פזע** fortis vel riuus. **Rohob**, vrbs Leuitarum, & regio in finibus tribuum Aser & Nephtali, ad radices montis Libani, Ios. 21. Numer. 13. Iudic. 1. 2. Reg. 10. 1. Paral. 6. **רהב** Rehob, latitudo.

NEPTALIM, filius patriarchæ Iacob, ex Bala ancilla Rachelis, Gen. 30. 36. Stirps tribus Neptalim, cuius Gen. 49. Deut. 33. Num. 1. 2. 7. 10. 13. 26. 34. Ios. 19. 21. Iudic. 1. 4. 5. 6. 7. Psal. 68. Esa. 9. Matth. 4. Apocal. 7. Ezech. 48. Tobia 1. & alibi mentio fit. Nam & Tobias ex tribu Neptalim ortus est, quem vnà cum cæteris Salmanassar in Assyriam transtulit, Tob. 1. 4. Reg. 17. 18. 15. **נפתלי** Naphthali, id est, vicissitudo, seu permutatum est, **Es hat sich gewendet** / vel luctator, à **נפתל**. Rachel enim nato filio ex ancilla Bala exclamat: Luctationibus magnis luctata sum cum sorore mea, & eam superauit, Genes. 30.

OPPIDA tribus NEPTALIM, versus orientem. **Heleph**, non procul à Cæsarea Philippi, propè Iordanem. **הלה** Heleph, variatio. **Elon**, supra paludem Samachoniten. **אילן** quercetum. **Saananim**, **סענני** translationes. **Adami**, **אדמי** homo, terra. **Nezeb**, **נזב** Nekeb, foramen. **Iebnael**, propè lacum Samachonitem, versus occasum. **יבנאל** Iabneel, ædificium Dei. **Lecum**, adiacet lacui. **לקי** Lakum, donum eorum. Limes meridiona-

ridionalis versus tribum Zebulon. *Azauoth Thabor*, אֲזָאוֹת Aznoth, aures. *Venca*, חֻקָּה Hukkah, vel Chucha, statutum, edictum. Limes occidentalis est tribus Aser. Et in Iuda ad Iordanem. orientalis limes tribus Neptalim est exordium Iordanis. sicut eiusdem Iordanis exitus est limes tribus Iuda, non quod Neptalim ad Iudam pertineat.

Sequuntur oppida tribus Neptalim mediterranea. *Affedim*, אֲפֵדִים Ziddim, latera. *Ser*, זֵר Zer, tribulatio. Quidam existimant vnius vrbs nomen in textu esse Affedimser, vel Ziddimser. *Ammad*, seu *Emath*, celeberrimum oppidum ad radices Libani, in extremis finibus Palæstinæ versus septentrionem, Num. 34. 13. Ios. 13. Zach. 9. Esa. 36. 10. Jerem. 49. Hamath, חֲמַת ira, furor. *Rechat*, רֶחַת tempus capitis. *Cenereth*, חֲנַת Huius oppidi & regionis mentio fit 4. Reg. 15. quæ non pertinuit ad mare Galilææ. *Cinaret*, כִּנָּרֶת cithara. *Edema*, אֲדָמָה Adama, terra. *Arama*, רָמָה Ramah, excelsa. *Asor*, אֲסוֹר metropolis regni Iabin, Ios. 11. in finibus tribus Aser & Neptalim, Iud. 4. 1. Reg. 12. *Hazor*, חֲצוֹר atrium, castellum. *Cedes*, כֶּדֶשׁ vrbs Leuitarum, Iosua 21. & refugij, Iosua vigesimo, patria Barachi Iudicis, Iudic. 4. 4. Reg. 15. Ios. 12. *Kedes*, קֶדֶשׁ sanctitas. aliàs Cedissus nominatur. *Edrai*, אֲדָרַי oppidum propè Cedes. *Edrei*, אֲדָרַי brachium meum Chaldaice, vel אֲרֹעֵי Roeh, pastor. *Nasor*, נָסוֹר Ebraicè נַחֲשׁוֹר En Hazor, Fons castelli, propè fontem Iordanis fluuij. *Ieron*, אֲרֹנָן oppidum propè Enchasor. *Ireon*, אֲרֹנָן timor doloris. *Magdibel*, מִגְדָּל Migdal, turris. *Horez*, הֹרֵז anathema. *Bethanath*, בֵּית אֲנַת domus miseriæ. *Bethfames*, בֵּית פִּזְמִים in finibus tribuum Neptalim & Aser, Iudic. 1. *Bethfemes*, בֵּית פִּזְמִים vrbs Sôlis.

Oppida tribus DAN, qui fuit filius patriarchæ Jacob ex Bala, vterinus frater Neptalim, Gen. 30. 46. stirps tribus Dan, ex qua *Samson* Iudex populi Israël natus est, Iudic. 13. *Saara*, אֲסָרָה patria Samsonis Iudicis, Iudic. 13. Ios. 15. 2. Paral. 11. ad ripam fluminis Sorec, longit. 65. 38. lat. 31. 54. *Zareah*, זָרַע leprosa. *Heslaol*, אֲסָרָה propè Saraa, inter Azorum & Ascalonem. *Estaol*, אֲסָרָה postulabo. *Hairfemes*, אֲרִיסָמֶס Ir Semes, ciuitas solis. *Selebin*, 3. Reg. 4. אֲרִיסָמֶס Sealabin, pugillus lateris. *Ahialon*, אֲחִיאלוֹן ciuitas Leuitarum, Ios. 21. inter Gabaon & Maceda, vbi Iosua orante Sol stetit, Ios. 10. 15. 2. Paral. 11. 28. *Aialon*, אֲחִיאלוֹן ab aial, ceruus. *Iethela*, יֵתֶלָה suspendet. *Helon*, 3. Reg. 4. אֵלֹן Elon, quercetum. *Thenna* vel *Thamnata*, in finibus tribuum Iuda, Dan & Ephraim, Gen. 38. Iudic. 14. 18. Ios. 15. 2. Paralip. 28. Inde præfecturam Thamniticam Romani nominarunt. Ebraicè תִּמְנָת Thimnath, perfectio. *Achron* vel *Accaron*, אֲכֶרֶן ciuitas Philistinorum, propè Azorum, Ios. 15. 13. 1. Reg. 6. אֲכֶרֶן Ekron, extirpatio, euulsio. *Heloheten*, אֲחֵלֶתֶךָ ciuitas Leuitarum, Ios. 21. אֲחֵלֶתֶךָ Eltheke, ad auscultationem. *Iebton*, אֲבִיתוֹן alias Gabathon scribitur, ciuitas Leuitarum, Ios. 21. אֲבִיתוֹן Gibbethon, sublimitas. *Baalaliud*, בְּאֵל אֲלִיָּהוּ confusa sunt duo nomina oppidorum in tribu Dan, בְּאֵל אֲלִיָּהוּ Baalath & Iehud. oppidi Baalath mentio fit 3. Reg. 9. *Bane & Barach*, in Ebræo est בְּנֵי בָרַךְ filij coruscationis. *Iethremmon*, אֲבִיתוֹן ciuitas Leuitarum, Ios. 21. cuius longit. 65. 44. latit. 31. 58. אֲבִיתוֹן Gath Rimmon, torcular mali punici. *Hiercon*, מֵיחֶרְקוֹן Meha larkon, aquæ olertum. *Arechon*, אֲרֶכּוֹן Rakon, maxilla. *Ioppe*, יוֹפֵה portus Iudææ, qui hodie adhuc vetus nomen יֹפֹה Iapho (quod à pulchritudine factum

est) retinet. Distat à Cæsarea, vbi Cornelius Centurio vixit (Act. 10.) ferè decem miliaria. à Ierosolymis quinque miliaria. Fit eius mentio act. 9. 10. 11. 1. Macc. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 2. Maccab. 12. 2. Paral. 2. Græci scribunt nomen vrbi inditum esse ab vxore conditoris Cephei Iope, filia Aeoli, quæ alias Cassiopia dicatur. *Ascenderunt filij Dan & pugnauerunt contra LESEN.* Historia extat Iudic. 18. Lesen Dan, vel Lais Dan, in tribu Aser sita fuit, ad grad. long. 67. 2. lat. 33. inter Ptolemaidem & Sepheth. לֶסֶם Lefem, Lyncurius lapis. *Thamnath/araa*, in monte Ephraim, sedes Iosua, Ios. 24. Iud. 2. סֶרַח SeraH, rebellis, peccator.

Caput XX.

VRRES PERPVGII, seu Asyla, tria in terra Canaan, & tria trans Iordanem, ordinat, in quibus fortuitæ vel inuoluntariæ cædis autores receptum & hospitium tutum aliquantisper habebant. Hinc discamus, DEVM ipsum discrimina & gradus delictorum sancire, & refutare paradoxon Stoicum, quod omnia peccata paria esse adfirmat. Est autem, in ciuili consuetudine vitæ, delictum seu peccatum in genere actio pugnans cum lege. Iniuria in genere est, τὸ βλάπτεν ἑόντα παρὰ τὸν νόμον, nocere alteri volentem, contra leges. Vt autem virtutis & recte factorum, sic iniuriarum etiam, & omnium delictorum, duæ sunt causæ efficientes principales, mens iudicans, & voluntas ciens externa membra. Cum itaq; in homicidio vel alijs delictis concurrunt hæ causæ actionum sine impedimentis: ita vt mens sciat quid sit agendum, & non erret de obiecto: & tamen voluntas consultò & spontè ac liberè contra legem seu rectum iudicium delinquat, vt Cain sciens & re deliberata interficit fratrem Abelum: Dauid sciens & volens iubet occidi Vriam, vt coniuge illius tutò potiri possit: hæc homicidia multò atrociora sunt, quàm cum vel mens ignara quid agat, in iudicando errat: vel voluntas externa violentia coactis membris impeditur. vt Adrastus in venatione telo aprum petens, ferit Cræsi filium: aut Peleus in ludo discum iaciens fratrem Phocum interficit. His inuoluntarijs & fortuitis cædibus lex ignoscit. ἐν τῇ προαιρέσει ἐστὶν ἡ μοχθηρία καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐκ ἐν προαίρεσι. Maleficia, non euentus, sed voluntas & propositum delinquentis distinguunt. Ita diuino etiam iudicio distinguuntur delicta contra conscientiam, quæ à scientibus & volentibus fiunt: quæ gratiam Dei & spiritum sanctum excutunt: & peccata ignorantie non adfectatæ, seu infirmitatis humanæ, vt Apostoli post resurrectionem adhuc de Regno Christi mundano errant. Maria non ἐκ προαιρέσεως, sed humana infirmitate negligentius custodit filium, vt nemo etiam sanctorum satis intentus & diligens est in officio. & sapientes etiam ac boni, sæpè bono studio & optimo animo negotia suscipientes, tristissimis peccatis non voluntarijs implicantur, ac nemo ita cautus & vigilans est, quin sæpè ignorantia peccet, & cum Dauide precari cogatur: Ignorantias meas ne memineris. Est autem duplex Ignorantia, Iuris & facti. Iuris diuini & naturalis inscicia neminem adultum excusat. Sed positium, mulieribus, militibus, & quibusdam alijs, nescire licet. Facti ignorantia vel alieni vel proprij est. vt qui inscius carne Idololothyta vescitur, à Paulo excu-